

missa remittit, partim quum eas pbenas non infligit, quas justè infligere poterat.

25 6. Perfectio seu beatitudo Dei est, quâ intelligitur, cum quod intra se habet, omnium bonorum sufficientiam, quia est ἀυταρξής & παναρκής, qui nullius rei extra se indiget a: tum quòd ipse causa est omnium earum perfectionum, quæ in creaturis insunt b, & eas omnes in sese eminenter continet modo simplicissimo & perfectissimo c.

a Act. 17. v. 25. b Jac. 1. v. 17. 1. Cor. 8. v. 6. & cap. 4. v. 7. c Psalm. 94. v. 9. Esa. 66. v. 9. Matth. 5 v. 48.

Hucusque etiam de natura seu attributis Dei TESTATORIS: sequuntur ejus opera, quæ vel interna sunt, vel æterna, vel externa & temporalia: quorum illa aliis immanentia, hæc transeuntia dicuntur.

## LOCUS VI.

### De internis & æternis Dei operibus.

**O**pera Dei interna & æterna sunt, consilium seu preparatio æterna: sicut externa seu temporalia sunt executio seu factum ipsum in tempore. Aphorismus.

a Consilium est, quo Deus omnia simul

B